

Elenchus Lectionum In Alma Fridericiana Publice Et Priuatim ... Habendarum

WS 1768/1769 : Elenchus Praelectionum Tam Publicarum, Quam Privatarum In Academia Fridericiana Buetzoviensi A Festo Michaelis MDCCLXVIII Ad Festum Paschatos MDCCLXIX. Habendarum

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, 1768

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784940909>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





J. 594.6

M. 17 ⁶⁸/₆₉

ELENCHUS PRAELECTIONUM

TAM PUBLICARUM, QUAM PRIVATARUM

IN
ACADEMIA FRIDERICIANA
BUETZOVII

A
FESTO MICHAELIS MDCCLXVIII

AD
FESTUM PASCHATOS MDCCLXIX.

HABENDARUM.



BUETZOVII

Typis JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.

PLANTING
PRAELECTIONUM
TAM PUBLICATION, QUAM TANTUM NON
IN
ACADEMIA FIDELICIANA
CHIEF OF THE
AD
TITULO MICHAILIS WOODLEY
AD
TITULO PASCHAE WOODLEY
PUBLICATION



ACADEMIA
TAM PUBLICATION, QUAM TANTUM NON
PUBLICATION



PRAELECTIONES THEOLOGICAE.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. TH.
P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. CURSUM THEOLOGICÆ
DOGMATICO - POLEM. semestri elapso coeptum, juvante
Deo, studiose continuabit. Præterea INTRODUCTIONEM
HISTORICO - THEOLOGICAM in libros ecclesiæ nostræ symb.
nostra ætate imprimis necessariam, aut alias quasdam theologi-
cas disciplinas, ad numerum & captum Auditorum accommo-
datas, præleget.

Quum & SERENISSIMI DUCIS AC DOMINI nostri
clementissima providentia Facultati theologicæ rursus prospe-
ctum, & alter Theologiæ Professor, ut & Consistorii Ducal. Con-
siliarius, Vir maxime reverend. N. MAURITII, philosophiæ
Doctör, ac adhuc ministerii ecclesiastici Mindensis Senior, voca-
tus sit; hunc nostrum honoratissimum Collegam propediem ad-
futurum speramus. Qui procul dubio, simulac advenerit, præ-
lectiones a se habendas ex tabula publica indicabit.

JURISCONSULTORVM.

ADOLPHVS FRIDER. TRENDELENBURG, AA. LL. M. Phil. & I.V.D. huiusque P. P. O. vt commodis eorum, qui sua voce institutioneque vti non dedignantur, pro virili inferuiat, non tantum ipsam eos iurisprudentiam docebit, sed & rationem iis exponet, qua in addiscenda ea, se quidem iudice, vti debeant. Quam ob rem proponet iis qualiacunque sua *Consilia de vita academica prudenter instituenda & imprimis de optima iurisprudentiam in academiis addiscendi ratione*. Qui ipsum Themidis templum se duce intrare cupiunt, iis primum in illud adi- rum aperiet, commentaturus in *HEINECCII Elementa Iuris ci- uilis secundum ordinem Institutionum*, intimiora vero huius sa- crarii penetralia lustrare cupientes, ad ea ducet, binis singulis diebus horis *BOEHMERI Introductionem in Ius Digestorum*, aut si malint, *SCHAUMBURGII Compendium Iuris Digestorum* expositurus. Instituta quoque maiorum & genuina Germano- rum iura docebit ad elegantissimas Viri Ill. *EISENHARTII Insti- tutiones Iuris Germanici priuati*, quibus & historiam legum pa- triarum, & ipsa patria iura commoda vbiuis ratione intexete studebit. Neque iis denegabit operam suam, qui, vt luculentius perspiciant, quid ipsa natura praecipiat, & quid hominum arbi- trio legibus naturalibus additum detractumue sit, ius illud, quod ipsa natura homines docuit, curatius sibi exponi velint, *WOLF- FII philosophumena in Institutionibus Iuris Naturae & Gentium* & illustraturus & examinaturus. Denique insigniter laetatur spem sibi excitatam de iterum perficiendo consilio illo, quod sae- pius proposuit, semel tantum perfecit, *disceptationes more eru- ditorum* de variis iuris quaestionibus priuatos inter parietes ita instituendi, vt non tantum de rebus grauissimis colloquantur commilitones, sed discant quoque rite secundum Dialecticorum praecepta & eleganter disceptare. Diem, quo scholas aperiet, horasque singulis illis destinandis e tabula publica more solito in- dicabit.

I. M.

I. M. MARTINI, LL. D. & P. P. O. omnem navabit operam per futurum semestre in explicandis

1) Primis elementis jurisprudentiae civilis, praeunte Heineccio.

2) in enucleando jure feudorum, duce illustr. Boehmero; ut &

3) jure Digestorum, prae lucente Boehmero.

Nec minus manducationem suam promittit iis, qui in arte disputandi se exercere, vel collegio examinatorio interesse cupiunt, horas praedlectionibus destinatas more consueti & tabula publica indicabit.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, M. D. & P. P. O. ut & SEREN. DUC. MEGAP. Consil. Aulic. per instans semestre hibernum publice Boernerii Institutiones Medicinae legalis explicabit. Privatum interpretabitur Materiam sic dictam medicam, exhibitis simul simplicibus, & passim praeparatis huc pertinentibus, nec deerit iis, qui in aliis artis salutaris partibus institutiones suas desiderabunt.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Anat. & Chirurgiae P. P. O.

Hor. 2. in Cadaveribus humanis Anatomen demonstrabit, suamque operam illis offert, qui manum ipsi sectionibus anatomicis admoveere cupiunt.

Hor. 10. Osteologiam; Chondrologiam & Syndesmologiam docebit.

Praedlectiones Chirurgicae aliaeque ad desideria praestantissimorum Comilitonum ordinabuntur.

PHILOSOPHORVM.

ANGEL. IO. DAN. AEPINVS, Phil. P. P. O. & SEREN. DUC. REGN. Confil. Aulic. ob negotia clementissime sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen, finitis iisdem, redibit.

M. WENCESLAUS IOANNES GUSTAVUS KARSTEN, Math. P. P. O. hora VIII - IX. prima Arithmeticae & Geometriae Elementa docebit hora VIII - IX. commentaturus in Partem I. *seines Lehrbegriffs der gesammten Mathematick*. Hora praeterea II - III. explicabit ejusdem libri Partem II. in qua, praemisissis calculi litteralis praecipitis cum theoria aequationum simplicium & quadraticarum, utraque Trigonometria plana & sphaerica cum ejus adplicatione in Geometria plana & solida fusius est exposita ac in libris elementaribus vulgo fieri solet. Deinde hora III - IV. lectiones aperiet Starico - Mechanicas explicaturus Partem III. *des Lehrbegriffs der gesammten Mathematick*. Lectiones quoque Artis Agrimensoriae & Architecturae Militaris cupientibus offert.

EOB. TOZIVS, Hist. P. P. O.

Hora XI. docebit Historiam Foederati Belgii, Regnorum Daniae, Sueciae, Poloniae & Imperii Rusici, secundum Compendium Achenwallianum.

Volentibus etiam notitiam Regnorum & Rer. public. Europae, & Historiam huius saeculi generalem, ad ductum libelli Celeberr. HAUSENII: Versuch einer pragmatischen Geschichte des 18ten Jahrhunderts, tradere animus est. Horae e tabula publica indicabuntur.

OLAUS GERARDUS TYCHSEN, semestri hiberno v. D. h. IX - X. iaculis grammaticae ebraicae fundamentis, sanctioribus disci-

disciplinis initiatos, statim ad praxin, solidamque ebraeae linguae cognitionem, via breuissima pro virili deducet.

h. X-XI. Lectiones cursorias in vtriusque foederis libros ordine denuo instituet.

h. XI-XII. *vel* Antiquitates sacras tam graecas quam hebraicas, *vel* criticam sacram, *vel* historiam litterariam orient. tradet.

h. IV. p.m. Auditoribus seuera lege proficere haud detrectantibus, adyta in ipsos Chaldaee, Syriae, felicisque Arabiae campos exspatiandi, lubenti animo aperiet, & insuper

h. V. dialectum Rabbinicam, Talmudicam, Judaeo-teutonicam volentes docebit.

IO. NICOL. TETENS, *Physic.* Prof. P. O.

Logicas & Metaphysicas suas Praelectiones, illas quidem ad *Reimari* libellum; has secundum delineationem aliquam a se ipso conscriptam, horis VIII. & IX. denuo incipiendas ciuibus Philosophiam colentibus offert; Quibus lubentissime addet cum *Philosophiae Naturalis* siue *Physices* expositionem ad ductum ill. *Segneri* in *Introduct. ad Physic.* lingua vernacula conscriptam; tum aut *rerum naturalium enarrationem, historiam Naturalem*, aut *Philosophiae Moralis* dilucidationem, si qui sint, quibus eius opera in hisce placeat. Annuat Deus.

S. S. WITTE, J. N. & G. P. P. O. proxima hieme *Logicam*, ad *Waldini* *Novum Logicae Systema*, ac *Ius naturale* *strictè sic dictum*, ad *Institutiones Jurisprudentiae universalis* illustris *Darjesii*, horis statutis docebit.

Praelectiones item in *Ius sociale & publicum*, nec non in *Philosophiam moralem* eiusdem viri illustris habebit; sicuti *Metaphy-*

taphysicēs praecepta, ad normam compendii *Baumgarteniani*,
explicabit. Reliqua significabit e tabula publica.

*

*

*

Nec defunt publicis stipendiis constituti lingvarum oc-
cidentalium, & artium gymnasticarum Magistri, Dnn. Studiosos
omni dexteritate instruantes.

P. P. *Bützovii*, ip[s]is Calendis Septemb. Anni MDCCLXVIII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn1784940909/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1784940909/phys_0012)

DFG



os, statim ad praxin, solidamque ebraeae
nem, via breuissima pro virili deducet.

curforias in vtriusque foederis libros ordi-
et.

quitates sacras tam graecas quam hebrai-
sacram, *vel* historiam litterariam orient.

as seuera lege proficere haud detrectanti-
fos Chaldaee, Syriae, felicisque Arabiae
adi, lubenti animo aperiet, & insuper
nicam, Talmudicam, Judaeo-teutonicam

TETENS, *Physic*: Prof. P. O.

as suas Praelectiones, illas quidem ad *Rei-*
ecundum delineationem aliquam a se ipso
I. & IX. denuo incipiendas cuius Philoso-
et; Quibus lubentissime addet cum *Philo-*
Physices expositionem ad ductum ill. *Se-*
physic. lingua vernacula conscriptam; tum
enarrationem, historiam Naturalem, aut
dilucidationem, si qui sint, quibus eius
Annuat Deus.

E, J. N. & G. P. P. O. proxima hieme
Novum Logicae Systema, ac *Jus naturale*
Institutiones Jurisprudentiae universalis
s statuti docebit.

m in *Jus sociale & publicum*, nec non in
eiusdem viri illustris habebit; sicuti Me-
taphy-